

QVÆSTIO VIII.

Quare in conuiuio regis explicantur fercula, non verò in cœna huius hominis?

49. VÆSTIO præfens est. In conuiuio, quod rex celebrat in nuptiis filij sui, proponit ipse, & explicat inuitatis conuiuij fercula. Misi alios seruos, dicite inuitatis: Ecce prandium meum paravi: tauri mei, & altilia occiso sunt, Matth. 22. num. 4. At verò in hac cœna dapes minime specificantur, sed tantum genericè dicitur: Parata sunt omnia. Cur in prandio, & non in cœna exprimuntur. Fortè ideo dicitur cœna magna, & non prandium magnum; multum enim spectat ad magnitudinem, nec beneficia numerare, nec singillatim referre.

50. Respondeo. Prandium paratum à rege significare caelestem beatitudinem, fercula verò dona gratiæ, quæ Deus suis electis communicat, vt docent D. Hilarius, Origenes, D. Hieron. D. Gregorius, & alij, vt suo loco dicam. At verò cœna hæc exhibita ab homine adumbrabat sacramentalem mensam, cuius dapes sunt caro, & sanguis Christi. Exprimuntur ergo dona in caelesti patria communicata; non verò, quæ in sacramentali mensa elargiuntur. Vbertas gloriæ, & gratiæ inter beatitudinis thronos concessa per figuras, ac metaphoras depingi valet; at verò spirituales fructus dulcedines, ac suauitates, à carne, & sanguine Christi emanantes, nec vllis verbis, ac tropis, seu exaggerationibus adumbrari possunt.

51. Mandat Deus scribere Ioanni septem epistolas septem Episcopis Asiæ, & post impositam vniuique suarum actionum sugillationem Angelo Ephesi ait: Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod est in paradiso Dei mei, Apocalypf. 2. num. 7. Minime tamen dicitur quis, & qualis sit hic fructus ligni vitæ; Angelo, seu pastori Smyrnæ, expressè promittit beatitudinem. Dabo tibi coronam vitæ, ibidem num. 10. Angelo Thyatiræ magnam iudiciariam potestatem pollicetur. Vincenti dabo potestatem super gentes. Statim hanc potestatem explicat, reget eas in virga ferrea, & dabo stellam matutinam, ibidem num. 12. per quam resurrectionis gloria denotatur. Angelo Sardis ait: Qui vicerit, vestiatur vestimentis albis, æterno nempe fruatur gaudio gloriæ, vt statim explanatur. Et non delebo nomen eius de libro vitæ, cap. 3. num. 5. Angelo Philadelphæ ait: Qui vicerit faciam illum columnam in templo Dei mei, & foras non egredietur amplius, ibidem num. 12. quo significantur Spiritus sancti dona, ac perseuerantia ne iterum in peccatum labatur. Angelo Laodiceæ sublimem beatitudinem spondet, ait illi: Qui vicerit, faciam eum sedere mecum in throno. Quod magis exprimit: Sicut ego sedi cum patre meo, ibi num. 22. Res altè discutienda; promittit Christus Dominus suis electis præexcellas imminentiæ gratiæ donorum Spiritus sancti, Resurrectionis, potestatis iudiciariæ, ac thronorum gloriæ, & hæc omnia innuit, ac explicat Christus Dominus, quid importent, ac significant; at verò fructum arboris vitæ, quem vincenti dicit se daturum, minime enucleat, nec de eius sapore, suauitate ac dulcedine aliquid aperit, & explicat; fructus arboris vitæ, carnem & sanguinem Christi denotat, vt graues interpretes tenent. Dona gratiæ, Spiritus

Match. 22.

Ratio difficultatis. Magnitudo non numerat beneficia.

Hilarius. Origenes. Hieron. Gregor.

Dona gloria, non verò Eucharistiæ posita sunt explicari.

Apoc. 2.

tus sancti, beatitudinis, ac resurrectionis dantur verba, quibus aliquantulum exprimentur. At sapores, dulcedines in carne, & sanguine Christi degustatas nulla verborum copia ad leuiter inueniendum sufficiens inuenitur, ad quod spectat D. Bernard. ferm. 1. in festo omnium Sanctorum. Huic sapor, scilicet Eucharistiæ inquit, Omne quod desideratur, non valet comparari.

Ait Regius Vates: Benedixisti Domine terram tuam, Psalm. 84. Per sublimes, & altos discussum nobis proponit Propheta dona, ac benedictiones gratiæ, & gloriæ, quas Deus populo suo contulit. Subdit: Auertisti captiuitatem Iacob. Liberasi nempe filios eius à dæmonis potestate. Remissisti iniquitatem plebis tuæ. Seu, vt alij legunt, abstulisti peccata eorum, remittendo illis eorum iniquitates. Operuisti omnia peccata eorum. Ait D. Augustinus. Vt Dominus non videret, & non vindicaret, quia noluit videre, ac vindicare. Mitigasti omnem iram tuam. Ne eos extremo supplicio afficeret. Incipit Paulus nobis explicare benedictiones Eucharistici calicis. 1. Corinth. 19. num. 16. Calix benedictionis, cui benedicimus, nonne communicatio sanguinis Christi est? Tantum ait Apostolus, quod calix benedictionis sit. Sed sicut Dauid nobis aperit, benedictiones gratiæ, ac beatitudinis suo populo elargitur, cur etiam Doctor gentium ingentes benedictiones, quæ in Christi calice populo Christiano communicantur, non refert, ac commemorat? Omnes benedictiones caelestium donorum patriæ verbis dicantur, ac proponantur; at vero ad excellentiarum magnitudinem exponendam, quæ à Christi corpore in nos redundat, nulla apta sunt verba, omnis loquendi modus parcus & exiguus, non ergo speciatim numerentur, sed tantum benedictiones scribatur. D. Chrysostomus: Cum benedictiones, ait, Eucharistiæ dico: & dicendo Eucharistiæ, omnem benignitatis Dei thesaurum aperio; etenim cum calice inenarrabilia Dei beneficia, & quæcumque consecuti sumus, addimus. Vide tom. 3. cap. 15. quæst. 22. n. 174. 175.

Luc. 14. n. 18. Et cœperunt simul omnes excusare. Primus dixit ei: Villam emi, & necesse habeo exire, & videre illam: rogo te, habe me excusatum.

VERSIONES.

Caietanus. Cœperunt simul recusare. Græcus. Cœperunt ab vno simul omnes.

Syriacus. Et cœperunt ab vno omnes se excusare: dixit ei primus: villam emi, & cōstringor exire eam visurus: peto à te, concede mihi, vt sim excusatus.

Tertull. lib. 4. Agrum emi.

contr. Marc. cap. 21. Arabicus. Necessitas vocat me, vt exeam ad eam, & rogo te, vt parcas mihi, & non veniam.

Dona gloria verbis possunt dici, non verò Eucharistiæ fructus.

Bernard.

52. Psalm. 84.

1. Cor. 10.

Chrysof.

EXPO

EXPOSITIO III.

53. T cœperunt. Ita iniqui sunt additi malo, vt semper in eo incipiant, & ab illo nunquam desistant. Simul, seu vt habet Græcus, Cœperunt ab vna, scilicet ex vna sententia, vnoque placito. Titus Bostrenf. Quasi ex conditio, communiq; pacto. Maxime impij coadunantur in malum, quamuis diuersas interponant causas. Omnes, id est longè pars maior, vt notant Hugo, & alij. Nam hi inuitati fuerunt Iudæi, ex quibus aliqui, vt pote Apostoli, & multi discipuli, ac conuersi venerunt ad fidem; maior autem eorum multitudo in infidelitate remansit. Etiam moraliter dic, quod ita Christus dolore afficitur, cum vnus perit, ac si omnes perdidisset. Se excusare, id est recusare, ne ad mensam Domini venirent, & cum ipsi se excusant: ex suamet malitia fiunt exclusi à regno. D. Ambros. hic; Deo igitur excusant, ait, quia nemini intercluditur regnum, nisi ei, quem suæ professio vocis excluserit. Dominus autem omnes clementer inuitat; sed nos aut desidia nostra, aut error diuertit. Quod etiam ex vitiis nostræ voluntatis probat D. Hilarius can. 22. in Matth. Primus dixit: villam emi. Seu agrum. Tres se excusantes introducuntur, ex quibus primus villam emi, per quem superbum, ac dominationis ambitiosum intelligit D. August. ferm. 33. de verb. Domini, vbi ait: Dominari vitium malum, vitium primum. Ambitiosa superbia omnium iniquitatum initium. Necessè habeo. Mea scilicet ambitio, ac malitia impellente. Exire scilicet ab hac ciuitate. Seu vt ait Hugo: A contemplatione caelestium, seu exire à se ipso, suæque salutis. Et videre. Denotatur maximus affectus animi ad villam, ac ad temporalia. Rogo te, habe me excusatum. Interlin. ait: Ora pro me, quia homo peccator sum. Hic tamen nota, quod in superficie verborum ostendit humilitatem, cum dicit: Rogo te. Ex superbia tamen accedere recusat. D. Gregorius homil. 13. Dum dicit rogo te, & tamen venire contemnit: humilitas sonat in voce, superbia in actione.

Græcus.

Bostrenf.

Hugo.

Ambros.

Hilar.

54.

August.

Hugo.

Interlin.

Gregor.

55.

Salmeyron.

Batrad.

In excusationibus nil malum secundum se.

Caietan.

56.

Gregor.

Beda.

Haymon.

Bonau.

Exod. 19.



lo per circuitum, & dices ad eos, cauete ne ascendatis montem, ne tangatis fines illius, qui tetigerit, morte morietur, Exod. 19. num. 12. Quid est, quod cum lex datur populus non solum ab ascensu montis, sed etiam ab illius tactu prohibetur? Mons spiritualium rerum sublimitatem significat: Israhelitarum ergo cum maxime terrenis essent detenti, à montis tactu prohibentur, qui enim temporalibus est addictus, maxime impeditur, ac reuocatur, ne celestium contemplationem attingat, ad illave euolet, ac ad legis perfectionem, quæ tunc dabatur, deueniat. D. Gregorius Magn. lib. 6. moral. cap. 27. Quid est, ait, quod cum lex accipitur, populus à monte prohibetur? Nisi quia qui infirmis adhuc mentibus terrena desiderant, considerare sublimia non presumant.

Questio præfens inquit: Quare hic primus inuitatus à Dei vocatione, ac caelesti mensa se excusat ob emptam villam, quasi esse in villa, & cum Deo simul esse non possit, cum tamen sponsa suum dilectum ad villam inuitet, ait illa: Veni dilecte mi, egrediamur in agrum, commoremur in villis, Cantic. 7. num. 11. Hic homo, quia in villam tendit, Deum dimittit; sponsa verò, quia in villam pergit, Deum allicit.

QVÆSTIO IX.

Quare primus inuitatus, carnem contemnat ob emptam villam, cum sponsa suum dilectum ad villam inuitet?

IN limine huius questionis notandum est, cum Salmeyron tom. 7. tract. 23. Bartadas, & alij, quod hic proponuntur tres excusantes se, villam, vel iuga bouum emi, vxorem duxi, & in his excusationibus secundum se nullum inest peccatum mortiferum, tamen magni sceleris sunt, prout ex eorum nimio amore caelestia contemnantur; ex quo fit Caietanus, quo quantum ad parabolas fit excusatio verbo, quantum verò ad significatum facto, vel affectu, cum temporalia æternis præferantur.

Per villam terrenam substantiam intelligunt D. Gregorius homil. 13. in Euangel. Beda, Haymon, D. Bonauent. ex quorum affectu homines maxime inhabiles ad caelestia redduntur. Cum Deus vellet dare legem Moyfi, mandat ei montem ascendere, aitque illi: Constitues terminos populi Syleuira in Euang. Tom. IV.

Terrenis dediti incepti ad caelestia.

Gregor. Status questionis.

57. Cant. 7.

58. August.

Hominis superbia, ac ambitio.

59. Per villam homo peccat, per illam sponsa meretur.

Honor. Hortolan. Deltio. Alcaer. Cornel.

60. Per idem, per quod homo poterat mereri, peccat.

August.

61.

August.

